



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno V. usque ad X.

Luxemburgi, 1748

CCLXVIII. Irritatio Electionis Petri Joannis Meindarts in Pseudo-
Archiepiscopum Ultrajectensem, qui Censuris irretitus, suspensusque
declaratur addita prohibitionem se in Archiepiscopum consecrandi, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75393)

Ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciae, & Ordinis praedictorum etiam Jramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanfuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Septembris 1739. Pont. nostri Anno X.

Transumptis danda fides.

Dat. die 30. Sept. 1739. An. X.

CCLXVIII.

Irritatio Electionis Petri Joannis Meindarts in Pseudo-Archiepiscopum Ultrajectensem, qui Censuris irretitus, suspensusque declaratur, addita prohibitionem se in Archiepiscopum consecrandi, caque exercendi, quae sunt Ordinis.

CLEMENS PP. XII.

Dilecti Filii salutem, & Apostolicam benedictionem.

Dolet Clemens inter Fideles Belgas irrepressibile nonnullos in Religione perducit.

§. 1. Magna Nos pro supremi pastoralis officii munere tenet sollicitudo, & salutaris metus, ne in commissum tenuitati nostrae Domini gregis Ovile intrent in vestimentis ovium lupi rapaces, edantque stragem eo majorem, quo subdole, & incautus illatam. Qua quidem solitudine vehementius angimur, & consistamur, cum vos isthic vocati in sortem Domini ante oculos nostros obversamini, undique ab iis circumventi, qui vobiscum veluti in eadem familia degentes, animos vestros non solum veneno depravatae doctrinae dolose inficere, verum & inaniter Archiepiscopo sibi constituto, per speciem adumbratae hujusce dignitatis, in fraudem inducere conantur. Quamquam enim experti didicimus, fidem vestram, tamquam aurum igne probatum, puram illibatamque manere; vobisque esse persuasum, quidquid est Ecclesiasticae Hierarchiae, non nisi in angulari lapide, atque in Apostolicae Petrae soliditate fundatum erigi ac stare posse. Tamen, ut pro paterna caritate, qua vos amantissime complectimur, longius a vobis instructae fraudis periculum amo veamus, ac diligentius aeternae salutis vestrae cautum sit; Apostolici Ministerii Nostri esse duximus, vos edocere, quid a Nobis, ut haec paucorum perduellium inverecunda protervitas prorsus profligetur, actum fuerit; & quid a vobis, ut eam fugiatis, ac detestemini, praestari debeat.

Electionem Petri Meindarts in Pseudo-Archiepiscopum Ultrajectensem jam improbaverat.

§. 2. Igitur ubi molestissimus nuntius ad Nos pervenit, aliquos factiosos Clericos, qui se stulte, atque insolenter jactant Canonicos Ultrajectensis Capituli ab annis supra centum extincti, eo temeritatis devenisse, ut scelere quotidie magis ad dentes, & veterem seditionem recenti crimine cumulant, ausi fuerint die secunda proxime praeteriti mensis Julii in Ultrajectensem Pseudo-Archiepiscopum nefarie eligere quemdam Petrum Joannem Meindarts, Pastorem, ut adjunct, Leovardiae, quamquam aperte scirent, istiusmodi execrabile facinus, ab ipsis non semel antea patratum, ab Apostolica Sede nefandum, irritum,

inane declaratum fuisse, deletum, abjudicatum. Nos illico Praedecessorum nostrorum, Saerarumque Legum morem, atque exempla sequuti, hanc modo iteratam, illegitimam, sacrilegamque electionem, tradita Nobis e Caelo potestate, rescidimus, abrogavimus, nullius roboris, vanamque renuntiavimus; Eundem vero Petrum Joannem, & quoquoque ficto ementitoque Canonicorum Ultrajectensium nomine in ipsum suffragia contulerunt, eique adhaerentes, favorem, opem, consilium, consensum praestiterunt, & illius partes sectantur, fovent, tuentur, auctoritate Omnipotentis Dei excommunicavimus, anathematizavimus, atque ab Ecclesiae communione segregatos, ac prorsus Schismaticos habendos, & vitandos esse constituimus, indiximus, & declaravimus.

§. 3. Mandamus propterea, districteque interdiximus eidem Petro Joanni sub poena Excommunicationis ipso facto sine alia declaratione incurrendae, ne audeat Jurisdictionem ullam, aut pro animarum regimine auctoritatem sibi arrogare, vel pro suscipiendis Ordinibus Dimissorias Literas dare, Pastores, Missionarios, Ministros, Deservitores, aut alios, quocumque nomine nuncupentur, ad animarum curam, & Sacramentorum administrationem, quovis etiam necessitatis praetextu, constituere, ac deputare.

§. 4. Simul quoque palam edicimus, & declaramus, omnes & singulas antedictorum Officiorum deputationes pro animarum regimine, quocumque nomine jam factas, aut fortasse faciendas, cum omnibus inde sequutis, prorsus irritas esse, nulliusque roboris, ac momenti. Rursus eidem Petro Joanni praecipimus, atque inhibemus, ne sub simili Excommunicationis poena audeat Episcopalem Jurisdictionem, quam profecto nunquam adeptus est, exercere.

§. 5. Qui vero per ipsius Literas Dimissorias fuerit Ecclesiasticis Ordinibus initiatus, noverit suspensionis vinculo se obstrictum, atque irregularitati praeterea obnoxium, si susceptos Ordines exercuerit.

§. 6. Vobis autem, Dilecti Filii, & quibuscumque aliis etiam Episcopali, & Archiepiscopali Dignitate fulgentibus omnino, ac sedulo injungimus, vetamusque, ne praemonstratum Petrum Joannem pro vero Ultrajectensi Archiepiscopo habeatis, & agnoscatis, neve cum eodem ullo pacto, praesertim in Divinis communicetis, aut ab ipso, aut ab aliis per ipsum perperam deputatis Sacramenta, aut Ordines accipere, vel ullo modo illi, aut illis, parere audeatis; immo eosdem tanquam alienos, Sanctae Sedi contumaces, mandatisque Apostolicis refragantes averfari & vitare praecipimus.

§. 7. Praeterea sub poenis canonicis, atque etiam indignationis nostrae interdiximus, ac severe prohibemus omnibus cujuscumque Catholicae Ecclesiae Archiepiscopis, & Episcopis, ne antedictum Petrum Joannem frustra electum Archiepiscopum consecrare audeant. Cui pariter sub eisdem poenis indicimus, atque imperamus, ne se a quacumque Antistite consecrandum praebent, utpote inaniter, & nullo pacto Archiepiscopali Dignitate donatum; qua sane illicita ac nefaria consecratione tot reliquis subiret Canonicas poenas, & nihilo minus ab omni suscepti Episcopalis ejusdem Ordinis exercitio suspensus manseret.

§. 8. Itaque, Dilecti Filii, mandata haec nostra in Spiritu filiorum adoptionis accipientes, iis exequendis navate libenter operam, ac fortiter averfati versuta factiosorum ingenia, quibus nihil suavius est seditio tumulta, perturbataque Religione; debita simul obedientia prosequuti Supremum Patrem familias, unice prospicientem vestrae felicitati, date documentum, filios lucis Vos esse, nec habere cum iis rem velle, consuetudinem, societatem, qui ambulant in regione umbræ

In ei adhaerentes latum anathema.

Ipsi interdicit ea facere, quae sunt Ordinis sub poena excommunicationis.

Episcopalemque adire jurisdictionem.

Ab eo factis initiati, suspensioni, & irregularitati obnoxii.

Cum eo nullo modo communicandum.

Vetitum ne se ullatenus consecrare faciat, laeis poenis in id attentantes.

Adhortatio ad Catholicos.

mortis, ac præter pestilentis doctrinæ tenebras, quibus obruuntur, ea denique mentis cæcitate laborare incipiunt, ut præfatos non unius Sectæ Hæreticos imitati, fidei Archiepiscopi nomen in suos inducere aggrediantur; Contra vero cum fidei grege conjuncti, verique Pastoris vocem audientes, per sinceræ Fidei, Religionis, pietatis pascua eo pervenire contendite, ubi quantum Seductores isti se deceperint, quam rectum vos teneritis æternæ salutis iter, læti beatique comparietis. In cujus auspicio Apostolicam Benedictionem Vobis, Dilecti Filii, peramanter impertimur. Dat. Romæ &c. die 6. Octob. 1739. &c.

§. 4. Nos igitur piis ejusdem Vincentii Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus benigne annuere volentes, eumque Vincentium Procuratorem Generalem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interditi, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnibus, & singulis Tertiariis cujuscumque Tertii Ordinis regularis, qui inter Tertiarios dicti Tertii Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo adscribi desideraverint, ac Regulas, statuta, & conditiones pro dictis Tertiariis B.M. de Monte Carmelo præscripta adimpleverint, omnibus, & singulis Indulgentiis, privilegiis, & gratiis spiritualibus Tertio Ordini B. M. hujusmodi concessis, promiscue una cum aliis Indulgentiis, privilegiis, & gratiis prædictis eorum Tertio Ordini, in quo adscripti reperiuntur concessis, frui, & gaudere possint, & valeant, nec Tertiarios hujusmodi ab eorum respective tertio Ordine, in quo adscripti fuerint, propter suam inter Tertiarios B. Mariæ adscriptionem deleri unquam posse, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus, ac declaramus.

Clemens declarat eodem promiscue frui gratiis Ordinum.

CGLXIX.

Ut Tertiarii quorumvis Ordinum Regularium Tertio Ordini B. Mariæ de Monte Carmelo adscripti, Indulgentiis, & gratiis spiritualibus promiscue uti valeant.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

DE salute Domini gregis curæ nostræ divinitus commissa paternæ charitate solliciti coelæ Indulgentiarum thesauros, quibus illecti ad Ecclesias, & pia loca frequentanda, & pietatis opera exercecnda magis incitentur, libenter erogamus.

In hoc Ordine jam a multo tempore admissi Tertiarii.

§. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Vincentius a Conceptione Frater expresse professus, ac Procurator Generalis Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum Congregationis Hispaniæ, quod in quamplurimis ex Conventibus Ordinis, & Congregationis hujusmodi in Indiis existent. vigore privilegiorum eidem Ordini a se. re. Nicolao V., & Bonifacio VIII. Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris concessorum, & a re. me. Sixto IV., & Clemente itidem VIII. pariter Prædecessoribus nostris confirmatorum tertius Ordo ejusdem B. Mariæ erectus, & institutus reperitur.

Nonnulli sunt infirmulæ Tertiarii S. Francisci.

§. 2. Verum quia nonnulli ex Tertiariis Ordinis S. Francisci in Oppido Civitate nuncupato de Toluca Mexican. Diocesis dicto tertio Ordini B. Mariæ denuo adscripti fuerunt, dubium excitatum fuit, an Tertiarii utriusque Ord. hujusmodi Indulgentiis, privilegiis, & gratiis spiritualibus promiscue frui possint: & licet primord. Ord. Superiores nullam in hac re difficultatem haberent, nihilominus Tertiarii ejusdem Ord. S. Francisci non solum contradicere, verum etiam ex eorum libris omnes illos, qui tertio Ordini B. Mariæ hujusmodi adscripti erant deleri ausi fuerunt. Quare re dicti Tertiarii B. Mariæ ea de causa ad Ven. Fratrem modernum Archiepiscopum Mexican. recursum habuerunt, qui auditis rationibus hinc inde deductis, consideransque charitatem, piamque devotionem Christianissimorum erga Regulares Ordines non esse restringendam, sed omnibus ad animarum salutem mediis amplificandam, mandavit Tertiarios B. Mariæ prædictos reintegrandos, & Tertio Ordini S. Francisci, unde delati fuerant, iterum ascribendos esse.

Dubitatum de communicatione Privilegiorum.

Recurritur ad Archiep. Mexicanum, qui eos in pristinum restituit statum.

Procurator Gener. Carmelitarum supplicat pro nova Pontificia declaratione favore dictorum Tertiariarum.

§. 3. Quamvis autem mandatis hujusmodi prædicti Tertiarii S. Francisci paruerunt, tamen dictus Vincentius Procurator Generalis ad auferendas perturbaciones, ac confusiones, quæ ea super re in posterum exoriri possent, adscriptos tertio Ordini S. Francisci, seu cuicumque alio Tertio Ordini regulari, qui Tertio Ordini Beatae Mariæ hujusmodi adscribi desideraverint, omnibus Indulgentiis, privilegiis, & gratiis spiritualibus eorum respective Ordini concessis promiscue frui posse per nos declarari plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 5. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suofque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, plenissime suffragari, sique in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & desiniri debere, ac irritum, & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Sicque firmiter servari præcipit.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictorum, aliorumque Ordinum etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contraria tollit.

§. 7. Volumus autem, quod earumdem literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique tam in Judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptis fidem addit.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat. die 23. Novembris 1739. Pont. Nostri anno X.

Dat. die 13. Nov. 1739. An. X.

Nonnulla in Constitutione, quæ incipit: In supremo Justitia Solo: contra homicidas pro Ecclesiastica Ditione jam edita, ad Dominium, & Ditiones tam Terræ firmæ, quam Regni Corsicæ, & Insulæ Capariæ Reipublicæ præfatae respective extenduntur.

CCLXX.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Alias nos per nostras sub Plumbo expeditas literas nempe 4. Kalen. Febr. an-

In Constitutione laudanda